



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Cap. I. De ejus Qualitatibus, & facultatibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

CAPUT I.

De ejus Qualitatibus, & Facultatibus.

SECTIO I.

Dotes praequisite in Praeposito
Generali.

N seligendo eo, cui universae Societatis regimen demandandum est, attendenda sunt plurima.

1. Ut cum Deo quam maximè conjunctus, & familiaris, tam in oratione, quàm in omnibus suis actionibus sit. Præterea omnium virtutum exemplo, ac præcipuè Caritate in omnes, & humilitate conspicuus; tum exterius compositus, præsertim in loquendo. Misceat benignitati severitatem: nec se dejici adversis, aut prosperis efferi permittat.

Religiosa Virtutes.

2. Præclaro intellectus, & judicii dono polleat; doctrinaque, sed magis prudentia, valeat: & in rebus spiritualibus exercitatione. Vigilantiam, sollicitudinem, & constantiam in rebus aggrendis perficiendisque præferat.

Alia intellectus, & voluntatis ornamenta.

3. Aetas

Bona corporis.

3. Ætas media inter senilem, & juvenilem, firma etiam valetudo attendenda; nec species externa ad decentiam, & auctoritatem desit.

Bona externa.

4. Existimatio, ac bona fama; nobilitas, divitiæ, honor, quibus in seculo eminebat; ea sunt, quorum aliqua ratio, ceteris tantum paribus, est habenda.

Summa præquisitorum.

5. Denique ex eorum numero esse debet Præpositus Generalis; qui in omni virtutum ornatu clarissimi; & de Societate optimè meriti; & diu in eadem tales esse perspecti sunt.

Aliquibus deficientibus quid necessario desideretur.

6. Et si aliquæ ex dotibus superius dictis deessent; certè non desit eximia probitas, & amor erga Societatem, ac iudicium bonum; quod etiam idonea doctrina committetur; ^a & sit Professus quatuor Votorum. ^b

*^a P. 8. c. 1. §. 6. & G. & P. 9. c. 2.**^b P. 5. c. 1. A.**& P. 8. c. 2. A.**& C. 1. a. el. D.**6. c. 3.*** Nonnulla alia consideranda.**^c Form. Con.**Gen. §. 30.**Omniun aptissimus eligendus.*

* 7. Præterea habenda est ratio eorum quæ 2. & 3. Cap. exam. & 2. & 3. Cap. Par. 1. Const. dicuntur, & Interrogatorii, quod ante electionem à deputatis PP. conficitur; juxta eas dotes, quas præcipuè attendendas esse temporum conditio persuasit. ^c

8. Et in ejus electione jurent singuli Electores se eligere quem aptissimum inter præ-

præsentes absentesque judicant. *d* Nec im-
 meritò tam multa præscripta sunt; cum
 bona, & mala Capitis habitudo in univer-
 sum corpus redundet. *e* Quæ forma ser-
 vanda sit in ejus electione; habes in For-
 mula Congregationis Generalis à §. 2.
 ad 55.

d P. 8. c. 6. §. 6.
 & F. & Form.
 Con. Gen. §.
 29. & 38.

e P. 10. §. 8.

SECTIO II.

De ejus Auctoritate in Genere.

1. **A**uctoritas Præpositi Generalis (ut
 de ea primùm agatur in genere) *Jurisdictio ejus*
 summa est, quæ propemodum potest esse: *in Societate*
 summa. *summa.*
 nam dicitur expedire, ut ille omnem ha-
 beat auctoritatem in universa Societate ad
 ædificationem: ex qua, præter cetera quam-
 plurima, illud sequetur commodi; ut uni-
 versus Ordo ad Monarchicam gubernatio-
 nem compositus, maximè servetur unitus;
 ipsiusque membra per universum Orbem
 dispersa, per omnimodam hanc subordi-
 nationem, suo Capiti colligata, promp-
 tiùs, atque faciliùs à Summo Capite
 CHRISTI in terris Vicario, moveri pos-
 sint. *f*

f P. 8. c. 1. §. 7.
 & P. 9. c. 3. §. 1.
 & Jul. III. p.
 64. & Gregor.
 XIV. p. 281 &
 Paul. V. p. 310.

2. Hanc auctoritatem liberam, & ge-
 neralem, & plenam in universos ejusdem
 So-

Et in omnes
Socios statim ab
electione.

g Paul. III. p.
37.

Relatè tamen
ad Institutum,
& Christiana
mansuetudine
exercenda.

h Paul. III. p.
12. & Jul. III.
p. 64.

Societatis Socios ubilibet commorantes,
etiam exemptos, cum primùm juxta Con-
stitutiones Societatis in ejus Præpositum
electus fuerit, habeat & exerceat. g

3. Jubeat autem ea, quæ ad constructio-
nem propositi sibi à Deo, & Societate fi-
nis cognoverit esse opportuna: & in Præ-
lacione sua benignitatis, ac mansuetudinis,
caritatisque CHRISTI, Petri, Paulique
formulæ, semper sit memor: & tam ipse
quàm ejus Consultores, ad normam hanc
assiduè spectent. h

SECTIO III.

De Potestate admittendi Socios, Colle-
gia, &c. & administrandi Bona
temporalia.

Potest admittere
ad Novitia-
sum, & Gra-
dus.

i P. 9. c. 3. §. 1.
& Greg. XIV.
p. 181.

1. **E**X tam ampla facultate descendendo
ad particularem, 1. Generalis po-
test per se, & per alios admittere, sive ad
probationem, sive ad Gradum Scholastici
approbati, aut Coadjutoris formati. sive
ad Professionem, quos admittendos judi-
caverit. Poterit etiam eosdem dimittere.
Quid autem in admissione ad singulos gra-
dus, aut dimissione servandum sit, vide
supra.

2. Ad

2. Ad Eundem spectat Provinciarum institutio, re tamen diligenter considerata, & cum Assistentibus communicata. Eiusdem est Domos, Collegia, & Universitates Societati oblatas accipere; & in Fundatores, quos duxerit admittendos, admittere. Nequit autem dissolvere Domos, vel Collegia jam erecta, sine Generali Congregatione. *m*

* 3. Quod si necessitas planè cogat, ut Generalis Congregationis tempus antevertatur; dissolutio pendeat à majori suffragiorum parte, quæ conferent Generalis, Provinciales intra Europam, & is etiam extra illam, in cuius Provincia residet Dominus, aut Collegium, quæ in deliberationem veniunt; præterea Assistentes, Procurator Generalis, Secretarius, & duo antiquissimi Professorum cujusque Provincie intra Europam. *n*

† 4. Insuper, citra prædictam dissolutionem, penes Præpositum Generalem est facultas agendi quosvis contractus emptio- num, aut venditionum quorumlibet Bonorum temporalium, mobilium, & immobilium: neque indiget ad eorum validitatem Socios collegialiter advocare. Eiusdemque est administrare Collegiorum Bona; & si quid relictum fuerit omninò liberum

Quatenus possit Provincias instituere, Domos, & Collegia admittere, seu dissolvere.

l. C. 1. D. 108. & C. 1. D. 36. & C. 4. D. 6. m. P. 8. c. 2. §. 2. & P. 9. c. 3. §. 5. & 17. 18. & P. 4. c. 2. §. 3. & Jul. III. p. 62.

** Quomodo supplendus defectus Congregationis Generalis in dissolvendis Domibus.*

n. P. 4. c. 2. A. & P. 8. c. 3. §. 1. & Jul. III. p. 62. & C. 4. D. 23. & 27.

† Facultas Generalis circa temporalium Bonorum administrationem.

rum

P. 4. c. 2. C. &
 P. 9. c. 3. §. 5. 6.
 & C. 1. D. 77.
 & 100. & 144.
 & 159. & Pius
 V. p. 107. & P.
 3. c. 1. §. 9. & C.
 2. D. 15. & 23.
 & seq. & C. 3.
 D. 16. & ult. &
 C. 4. D. ult. &
 C. 6. D. 8.
 p. Ex. c. 1. §. 4.
 & P. 4. c. 2. §. 5.
 & A. & F. &
 c. 10. §. 1. & P.
 6. c. 2. §. 3. & P.
 9. c. 3. §. 18. &
 c. 4. §. 7. & D.
 & P. 10. §. 4. &
 Paul. III. p. 14.
 & Jul. III. pag.
 66. & Greg.
 XIII. p. 168.
 & 169.

Eligit Superiores, & Officiales: excipiuntur ipsius Assistentos, & Admonitores.

rum dispositioni Societatis, idem Generalis disponere poterit vendendo, aut huic, vel illi loco applicando, servatis tamen Decretis, quæ circa extractionem Bonorum extra Provinciam Societas condidit, & relata sunt Par. 1. Cap. 6. Sect. 6. Non potest autem Bona Collegiorum, vel in suum, vel Consanguineorum suorum, vel Externorum quorumcumque, vel Professæ Societatis usum convertere; cui tamen potest ex iisdem convenientem eleemosynam dilargiri. p

S E C T I O I V.

De Facultate circa Superiores, Missiones, Constitutiones, & Privilegia.

I. **A**D eundem Generalem spectat constituit, atque amovere Rectores Collegiorum, ac Domorum Probationis, Præpositos Domorum Professorum, ac Provinciales, Procuratorem etiam Generalem, & Secretarium Societatis, ac quovis demum Officiales (exceptis Assistentibus, & Admonitore) eamque illis facultatem communicare, quam judicaverit expedire; eandemque restringere, ac revocare. At durante Congregatione Generali,

Su-

Superiores mutare non potest. 9 Et si; præsenio, aut gravi ægritudine, muneri vacare nequit, Vicarium sibi potest substituere cum approbatione Provincialium. r Debet etiam ante mortem eligere Vicarium suum; qui vita perfuncti locum sustineat: atque hujus Constitutionis praxis ei serió commendatur. s

* 2. Mittere item suos potest, vel ad perficienda studia, vel ad obeundas Missiones quocumque gentium; eosdemque revocare; modò non à Sede Apostolica detineantur. Si tamen ad tempus indeterminatum ab ea missi fuerint, revocare poterit, & sua cuique munia distribuet. †

† 3. Sicut ad Generalem pertinet curare, ut Societatis Constitutiones ubique observentur, correctionibus, & poenitentiis etiam inflictis, ubi necessarium duxerit, ita ad eum pertinebit in illis dispensare; ubi eam esse mentem Constitutionum judicaverit, & non aliter. Poterit etiam dubia pertinentia ad Institutum declarare. Quæ tamen Declarationes non habent vim legum aut Decretorum universalium, sed tantum Ordinationum inservientium praxi bonæ gubernationis: cùm illa condere, & abrogare sit tantum Congregationis Generalis; has verò Præpositi Generalis, non

C c

q P. 9. c. 3. §. 3. & 14. 15. 16. & 20. & P. 4. c. 10. §. 3. & c. 17. §. 1. & Jul. III. p. 66. & Greg. XIV. p. 281. & C. 1. D. 1 & C. 5. D. 20. & 23. & R. Prov. 22. & C. 7. D. 66. & F. Con. Gen. §. 58.

r P. 9. c. 4. §. 6. & c. 5. §. 6. & D. & C. 8. D. 28.

s P. 8. c. 4. §. 1. & A. & C. 4. D. 20. 21.

* Et quocumque velit, Socios mittit.

† P. 7. c. 1. §. 1. & 6. & c. & B. C. & c. 2. §. 2.

A. B. C. & H. & P. 9. c. 3. §. 2. & 9. F. G. H. & Paul. III. p. 38.

& C. 2. D. 12.

† Et constitutiones tuetur, declarat, in iis dispensat.

nera
nuic,
amen
ono-
didit,
Non
vel in
n, vel
ofes-
amen
nosy-

i s s i o
2 a.

con-
tores
onis,
, ac
ene-
uo-
enti-
cul-
c ex-
evo-
rali,
Su-

“ P. 4. c. 10. §. 2. & P. 9. c. 3. §. 8. & D. & §. 11. & P. 10. §. 13. & Jul. III. p. 64. 65. & Greg. XIII. p. 285. & C. 1. D. 143. & C. 4. D. 19. & C. 7. D. 76. ”

autem inferiorum Superiorum. ”
 * 4. Quęcumque Privilegia, Facultates, Indulgentiæ, Gratię &c. Societati conceduntur Preposito Generali concessa intelliguntur; ita ut Personę Societatis non possint illis uti, nisi quatenus sibi fuerint à Generali communicata. * Cujus etiam est aggregare Congregationi primarię B. Virginis reliquas per totum Orbem. y

† 5. Poterit convocare Congregationem Generalem, tempusque ejus, & locum designare: spectatque ad ipsum convocatam dirigere; in eaque, at non in Deputationibus, duo Suffragia habet, & præterea qualitatem præcedendi ceteris paribus; ejusdemque est statuere, ut Provinciales etiam Congregationes convocentur. z Generalem autem Congregationem dissolvere, sine consensu ipsius Congregationis, quę Generali superior est, non debet. a

† 6. Non licet Generali Provinciales mutare post indictam certo tempore Congregationem Generalem, usque dum hæc dissolvatur, exceptis casibus, in quibus potest, & ipse Vicarius. b Quod si literę de-

2. & P. 9. c. 3. §. 12. & F. Con. Gen. §. 57. 58. 62. & C. 1. D. 8. & C. 6. D. 26. §. 3. & C. 7. D. 71. & F. Con. Proc. §. 9. a C. 1. D. 145. & Form. Con. Gen. §. 75.

† Quid post indictam Congregationem Generalem.

b C. 1. D. 1. & C. 4. D. 58. & C. 5. D. 20. & 23. & C. 7. D. 66. & C. 12. D. 30. & 32. & F. Con. Gen. §. 58.

designantes novum Provinciale missæ ante indictam Congregationem Generalem, post hujus indictionem pervenerint in Provinciam, suum effectum sortiuntur; nisi ante indictam Congregationem antiquus Provincialis triennium non explevisset, & constaret Generalem non voluisse illum ante tempus exauctorare. *c* Porro hætenus dicta de non mutandis Provincialibus post indictam Congregationem, non pertinent ad Provinciales extra Europam. *d* At Superiores locales à Generali mutari possunt, modò absolverint tempus Regiminis, etiam post indictam Congregationem Generalem, & ante inchoatam Provinciale. *e*

7. Ut autem prædictæ facultates exercentur majori auctoritate, notitia Personarum, & in gubernando experientia, atque adeo fructu; Generalis ad vitam, & non ad tempus aliquod erit eligendus. Accedit etiam hoc commodi ex eo; ut Societas, in rebus magni momenti satis ferè occupata, universalibus conventibus minus distractionis patiatur. Præterea longius recedet omnis cogitatio, & occasio ambitionis; quæ hujusmodi Officiorum pestis est. Tum illud expendendum, facilius unum idoneum, quàm plures ad hoc munus

C c 2 nus

c C. 12. D. 30.
& 33. & C. 13.
D. 21.

d C 12. Act.
49.

e C. 12. D. 31.

Ejus perpetuitas.

f P. 9. C. 1. §. 1.
& A. & C. 1.
D. 47. & Paul.
V. p. 310.

*Eo mortuo num
vigeant ejus
mandata.*

g C. 1. D. 5. à
el. & D. 1. &
91. p. el & C. 4.
D. 3. & 20. &
58 & C. 7. D.
72. & C. 12. D.
30. & C. 13.
D. 11.

nus inveniri. Ac demum hæc Constitutio suadet exemplo Gubernationum magni momenti; quæ ad vitam esse solent, tam in Ecclesiasticis, quàm in Secularibus. De remedio autem, quo evitentur aliqua incommoda, quæ sequi possent ex hujusmodi Officio ad vitam producto, infra agetur.

8. Per mortem verò ipsius non expirat potestas Officialium, quos constituit, dum viveret; immo neque nominationes eorumdem, sed executioni mandari debent idemque judicium esto de ejus Ordinationibus, mandatis, & concessionibus. Sed excipiendi primò Commissarii, & Visitatores intra Europam; quorum nec perseverat officium; nec nominatio executioni mandanda est. 2. Nominationes autem Superiorum in locum eorum, qui moriente Generali triennium suum non expleverunt, sunt irritæ: nisi constaret Generalem defunctum voluisse illos ante expletum triennium exauctorare; & nisi ante rescitam mortem Generalis, etiam expleto triennio, nominationes executioni mandatæ fuissent. Alioqui nominationes hujusmodi amittunt robur suum nisi novi Generalis auctoritas illis accesserit. g